

sibi ab eo tractari videbantur, sicut erant antequam Deus eligeret eos ut ipsi essent populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram, Deuteron. cap. 7, vers. 6, ad eum enim locum, ut putat R. David, hic alludit; propterea dicit statim.

VERS. 33. — IN MANU FORTI, quasi dicat: Velitis nolitis regnabo in vos, regamque vos in virga ferrea. Hoc significant tres phrasae quae hoc loco ponuntur, *Manus fortis, Brachium extantum, Furor effusus*, quavis duae primae potestatem potius quam severitatem significare soleant.

VERS. 34. — ET DŪCAM VOS DE POPULIS. Quod summum erat beneficium, loco supplicii comminatur; quia illi optabant inter gentes quasi divinis legibus soluti vivere.

VERS. 35. — IN DESERTUM POPULORUM. In quo non sunt populi. ET JUDICABOR VOBISICUM; et discipetabo vobiscum, aut titionem de vobis sumam, ut Jonathas et R. David interpretantur. FACIE AD FACIEM, solus cum solis, sine arbitris, ne gentes videant poenas quas de vobis sumpturus sum, et latentur, ut exponit R. David, ut Exod. 33, 11. Dens dicitur cum Mose facie ad faciem loqui consuevisse, id est, sine interprete, sine testibus, sine arbitris. Itaque idem ferè est, in deserto, et facie ad faciem. Nominavit autem desertum, partim quia inter Chaldaeam et Judaeam desertum erat, partim ut alluderet ad alterum desertum, per quod eos ex Aegypto in Judaeam deduxerat, et ut istam reductionem cum illa, filios cum patribus, poenam cum poena conferat.

VERS. 37. — INDECAM VOS IN VINCULIS FOEDERIS. Percutiam vobiscum novum foedus, ut dixit Jerem. cap. 51, vers. 51, ut hoc ad legem evangelicam referatur; aut, subjiciam vos meis legibus, à quibus nunc soluti ac liberi esse videmini.

VERS. 38. — ET ELIGAM, ad poenam.

VERS. 39. — POST IDOLA VESTRA AMBULATE. Concessio est. Quid si et in hoc non audieritis me. Septuaginta contra proorsu sensu verterunt: *Si vos audieritis me*. Clarius Symmachus, ut Hieronymus confitetur. *Ite, et servite idolis, siquidem non auditis me*. Atque hunc sensum habent Hebraica, eodemque modo Chaldaeus interpretatur, quasi dicat, malo ut aperit idola colatis, quam ut nomen meum polluat, dum me simul cum idolis colitis, et illo ore quo idola invocatis, meum nomen usurpatis.

VERS. 40. — IN MONTE. Non reddidit noster interpres particulam causalem *quae* Hebraico legitur, quamque Sept. translulerunt: *Quia in monte sancto meo*, id est, in Ecclesia catholica, quae per Sion montem sanctum frequentissime intelligitur. Nam quamvis de reductione Iudaeorum in montem Sion, id est, in patriam vaticinetur, tamen longius ad vocationem omnium gentium ad Ecclesiam tenditur propheta. Aliqui nonnulli hic intelligendum putant, ut, aliquando fiet, ut me pure colatis, quia in monte sancto meo omnis domus Israel serviet mihi; quod ego nunc video esse necessarium. Sensus enim est: *Ite si vultis, servite idolis; non enim mihi cultus vester ne-*

cessarius est, quia veniet tenopus quo domus Israel, id est, ii qui non peccaverunt, quique ex hac calamitate superstitis fuerint, et omnes Christiani veri Israelitae, qui per domum Israel significantur, colent me; sicut per Malachiam dixit cap. 4, 10, 11: *Non est mihi voluntas in vobis, et manus non suscipiam de manu vestra; ab ortu enim solis usque ad occiduum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda*. ET ISI QUERAM, petam à vobis ac recipiam ibi, ubi non idolis, sed mihi soli servietis. Nam hic, ubi cultum meum cum idolorum cultu miscetis, non recipiam primitias et oblationes vestras, sed ite potius, servite idolis, et illis oblationes vestras date, ut dixit versus praecedenti. *Primitias vestras*, Hebr., dona vestra. ET INTIUM DECIMARUM VESTRARUM, Hebr., primitias munerum vestrorum. Sept. utrobique primitias redderunt; per primitias autem et dona, non solum omnia sacrificiorum genera, sed etiam omnem cultum intelligit, ex parte totum.

VERS. 41. — IN ODOREM SUAVITATIS SUSCIPIAM VOS. Eodem modo Sept. verterunt. Sensus est, *recipiam vos tanquam suavissimi odoris sacrificium*, sicut D. Paulus dicit ad Rom. 15, 16: *Ut fiat oblatio Gentium accepta et sanctificata in Spiritu sancto*. Hebr. aliqui interpretantur: *Tanquam odore quietis* (id est, gratissimo) *placebo mihi in vobis*, quod in eandem sententiam redit Hebraei verò non intelligentes mysterium, ad bellum Gog et Magog referunt. ET SANCTIFICABOR IN VOBIS, id est, cum omnes nationes viderint vos à me esse liberatos, sanctum me iustumque iudicabant, quod fecerim quod promiseram.

VERS. 42. — PRO QUAE LEVAVI MANUM MEAM. QUAM JURAVI ME PATRIBUS VESTRIS DATURUM ESSE, ut supra vers. 5, 6, 15, 18.

VERS. 45. — ET RECORDARINI. Penitentiam agetis, prima enim vox Evangelii est: *Penitentiam agite*; *appropinquabit enim regnum colorum*, Math. cap. 3, 2. ET DISPLICEBITIS VOBIS IN CONSPICU VESTRO, penitebit vos. Sept. verterunt: *Percutietis facies vestras*; verbum *kut* et excindere, et execrari significat. Hebraei hoc loco sic interpretantur: Excidentur in oculis suis, id est, digni sibi esse videbuntur, ut excindantur de populo Dei, ut R. David. Melius mihi videtur noster interpres reddidisse: *Displicebitis vobis in conspectu vestro*, id est, execrabiles vobismet ipsis esse videbimini, ut supra cap. 6, vers. 9: *Displicebunt sibi met super matris, quae fecerant*; et Job. 10, 4: *Execrabilis est anima mea propter vitam meam*, quod recte noster interpres dixit: *Tedet animam meam vite meae*.

VERS. 44. — SCIETIS EXPERIENTIA. Solus enim Deus peccata remittit: experiemini me peccata remittere. CUM BENEFICERO. Hebr., *cum fecero vobis propter nomen meum*, ET NON SECUNDUM VIAS VESTRAS MALAS. Significat gratium peccatorum remissionem quae fit in Ecclesia, nullis, ut sepè dicit Augustinus, praecedentibus meritis bonis, et multis praecedentibus meritis malis.

VERS. 46. — PONE FACIEM TUAM. Constanter et in-

repèdè loquere, ut cap. 4, 5: *Et obfirmabis faciem tuam ad eam; et erit in obsidionem*, et cap. 6, 2. *Pone faciem tuam ad montes Israel, et prophetabis ad eos*; et cap. 15, 17: *Pone faciem tuam contra filias populi tui, quae prophetaut de corde suo, et vaticinarentur super eas*. CONTRA VIAM AUSTRI; CONTRA JERUSALEM; quae Babyloni, ubi propheta habitabat, australis erat. Nam Babyloni Judaeae erat septentrionalis ut indicat Jerem. cap. 4, v. 14. *Ab aquilone pandetur omne malum*. ET STILLA. Continenter, ac fluente oratione loquere, ut Deuteron. 32, 2: *Fluat ut ros loquium meum*; et infra, cap. 21, 2: *Pone faciem tuam ad Jerusalem, et stilla ad sanctuaria*. Eadem phrasim apud Michaeam cap. 2, 6, 11. AD AFRICUM. Idem est quod ad Austrum. Hebr., *ad meridiem*. AD SALTUM AD SYLVAM AGRI MERIDIANI. Sic describit Jerusalem. Vocat enim sylvam, quia sicut sylvam, ut ait R. David, plena est arboribus bonis et malis; ita illa bonis et malis hominibus. Agrum autem meridianum appellat, quia Babyloni meridionalis erat. Eadem metaphora usus est Isai., cap. 9, 18, et Jerem., cap. 21, 14, et cap. 46, 23;

VERS. 47. — OMNE LIGNUM VIRIDE, ET OMNE LIGNUM ARIDUM, id est, omnia ligna, nullo excepto, sicut Galli proverbio dicere solent: *viride et sicum*. Per ligna viridia intelligi bonos cives, per sicca malos, ut ait R. David, quod veluti proverbium Christus etiam usurpavit, Lucæ 25, 31: *Si in viridi ligno haec faciant, in arido quid fiet?* Perseverat in metaphora. Nam

CAPUT XXI.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, pone faciem tuam ad Jerusalem, et stilla ad sanctuaria, et propheta contra humum Israel:
3. Et dices terrae Israel: Haec dicit Dominus Deus; Ecce ego ad te, et ejiciam gladium meum de vagina sua, et occidam in te justum et impium.
4. Pro eo autem quod occidi in te justum et impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem, ab austro usque ad aquilonem:
5. Ut sciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem.
6. Et tu, fili hominis, ingemisce in contritione lumborum, et in amaritudinibus ingemisce coram eis.
7. Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu; quia venit, et tabescet omne cor, et dissolvetur universa manus, et infrimabitur omnis spiritus, et per cuncta gena fluent aquae: ecce veni, et fiet, ait Dominus Deus.
8. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
9. Fili hominis, propheta, et dices: Haec dicit Dominus Deus: Loquere: Gladius, gladius exacutus est, et limatus.
10. Ut caedat victimas, exacutus est; ut splendat, limatus est; qui movet sceptrum filii mei, succidisti omne lignum.
11. Et dedi eum ad levigandum, ut teneatur manu: iste exacutus est gladius, et iste limatus est, ut sit in manu interficientis.
12. Clama, et ulula, fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel qui fue-

quia versus praecedenti Jerusalem sylvam appellaverat, nunc cives vocat ligna; simulque significat futurum urbis incendium, quae postea consecutum est, 4 Regum cap. 25, 9, et Jerem. 52, 15. ET NON EXTINGUETUR FLAMMA SUCCESSIONIS; *flamma*, Hebraice phrasim; aut *flamma flammæ succedens*. Chaldaeus, *flamma consumens*; Septuages., *flamma successa*. ET COMBURETUR IN EA OMNIS FACIES. Hebr. plurali numero: *Comburentur in eâ omnes facies*, id est, omnes homines, ut interpretatur R. Salom. Alii exponunt: *Ignescunt in eâ omnes facies*, id est, rubore perfundentur. Malim ego exponere, si ab illa primâ Rabbi Salomon interpretatione discedendum esset. Omnes facies hominum adeo erunt fame et metu extenuatae, et pallidae, ut combusta esse videantur, ut apud Isaïam, cap. 15, 8: *Torsiones et dolores tenebunt, quasi parturientes dolebunt: uniusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum*.

VERS. 48. — QUIA EGO DOMINUS. Animadvertent ejusmodi incendium non casu, sed divino meo consilio contigisse, cum extingui non possit.

VERS. 49. — A, A, A. Ahab, unica dicitio dolentis, aut admirantis, ut supra, cap. 4, 14, et Jerem. 1, 6, et 14, 15. Quia per parabolas et aenigmata Deus prophetam loqui jusserat, queritur quod Judaei non intelligerent, eumque quodammodo delirare existimarent

CHAPITRE XXI.

1. Alors le Seigneur me parla de cette manière:
2. Fils de l'homme, tourne le visage contre Jerusalem; parle au sanctuaire, et prophétise contre la terre d'Israël.
3. Vous direz donc à la terre d'Israël: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens à vous; je vais tirer mon épée hors du fourreau, et je tuerai du milieu de vous le juste et l'impie.
4. Et parce que je dois exterminer au milieu de vous le juste et l'impie, mon épée sortira hors du fourreau, pour attaquer toute chair, depuis le midi jusqu'à septentrion.
5. Afin que toute chair sache que c'est moi, le Seigneur, qui ai tiré mon épée hors du fourreau, pour ne plus l'y remettre.
6. Vous donc, fils de l'homme, poussez des soupirs jusqu'à vous rompre les reins, et gémissiez en leur présence dans l'amertume de votre cœur.
7. Et lorsqu'ils vous diront: Pourquoi soupirez-vous? vous leur direz: Parce que j'entends l'ennemi des mains serant sans force, tous les esprits s'abat-trent, et les cœurs conleront le long des genoux. Le voici qui vient; et ce que j'ai prédit, arrivera, dit le Seigneur Dieu.
8. Le Seigneur me parla encore, et me dit:
9. Fils de l'homme, prophétisez, et dites: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parlez: L'épée, l'épée est aiguisée; elle est polie.
10. Elle est aiguisée, pour tuer les victimes; elle est polie, pour jeter un grand éclat. C'est vous, ô épée, qui reusserez le scepre de mon fils; vous qui couperez par le pied tous les arbres.
11. J'ai donné cette épée à polir pour la tenir à la main; elle est aiguisée, elle est polie, afin qu'elle soit dans la main de celui qui doit faire le carnage.
12. Criez, fils de l'homme, et poussez des hurlements, parce que cette épée est dressée contre mon peuple et contre tous les princes d'Israël qui furent de-

raat; gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super femur,

15. Quia probatus est et hoc, cum sceptrum subverterit, et non erit, dicit Dominus Deus.

14. Tu ergo, fili hominis, propheta, et percute manu ad manum : et dupliciter gladius, ac tripliciter gladius interfectorum : hic est gladius occisionis magne, qui obstupescere eos facit,

15. Et corde tabescere : et multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti, et limati ad fulgendum, amici ad caedem.

16. Exacuerere, vade ad dexteram, sive ad sinistram, quocumque faciei tue est appetitus.

17. Quin et ego plaudam manu ad manum, et implebo indignationem meam : ego Dominus locutus sum.

18. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

19. Et tu, fili hominis, pone tibi duas vias, ut veniat gladius regis Babylonis : de terra una egredientur ambe : et manu capiet conjecturam : in capite vie civitatis inconfectum.

20. Viam ponas ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, et ad Judam in Jerusalem munitissimam.

21. Stetit enim rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, divinationem querens, commensens sagittas : interrogavit idola, exsta consultit.

22. Ad dexteram eius facta est divinatio super Jerusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in caede, ut elevet vocem in ululatu, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut adificet munitiones.

25. Eriquit quæ consules frustra oraculum in oculis eorum, et sabbatorum otium imitans : ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.

24. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestrae, et revelastis prava-ricationes vestras, et apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris : pro eo, inquam, quod recordati estis, manu capiemini.

25. Tu autem, profane, impie dux Israel, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita :

26. Hæc dicit Dominus Deus : Aufer cidarim, tolle coronam : nonne hæc est quæ humilem sublevavit, et sublimem humiliavit ?

27. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam : et hoc non factum est, donec veniret cujus est iudicium, et tradam ei.

28. Et tu, fili hominis, propheta, et dic : Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, et ad opprobrium eorum : et dices : Mucro, mucro, evagina te ad occidendum, lima te ut interficias et fulgeas,

29. Cum tibi viderentur vana, et divinarentur mendacia : ut daretis super colla vulneratorum impiorum : quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita.

30. Revertere ad vaginam tuam, in loco in quo creatus es : in terra nativitatis tuæ iudicabo te.

vant elle ; ils sont tous livrés à cette épée avec mon peuple ; frappez-vous donc la cuisse.

15. Parce que cette épée agira par mon ordre, lors même qu'elle brisera le sceptré de Juda, et qui ne subsistera plus, dit le Seigneur Dieu.

14. Vous donc, fils de l'homme, prophétisez ; frappez de vos mains l'une contre l'autre ; que cette épée meurtrière double et triple sa violence. C'est la cette épée qui doit faire un si grand carnage, qui frappera les esprits d'étonnement,

15. Qui fera sécher les cœurs et multipliera les meurtres et les ruines. Je jetterai l'épouante à toutes leurs portes devant cette épée perçante, polie pour briller et afilée pour tuer.

16. O épée, aiguisez votre pointe ; allez à droite ou à gauche, partout où le désir des meurtres vous appelle.

17. Je vous applaudirai moi-même en frappant des mains, et j'assouvirai par vous ma colère. C'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

18. Alors le Seigneur me parla de nouveau, et me dit :

19. Fils de l'homme, représentez-vous deux chemins par où l'épée du roi de Babylone pourra venir : que ces chemins sortent tous deux d'un même pays ; et ce prince étant dans une ville à la tête de ces deux chemins, tirera au sort dans la main pour reconnaître lequel il doit prendre.

20. Vous figurerez un chemin par où cette épée ira à Rabbath au pays des Ammonites ; et un autre, par où elle viendra en Juda pour assiéger la très-forte ville de Jérusalem ;

21. Car le roi de Babylone s'est arrêté à la tête de deux chemins ; il a mêlé des flèches pour en tirer un augure de la marche qu'il doit prendre ; il a interrogé ses idoles ; et il a consulté les entrailles.

22. Le sort est tombé sur Jérusalem et lui a fait prendre la droite, afin qu'il mette avec lui l'appareil d'un siège, qu'il n'ait que le sang et le carnage dans la bouche, qu'il excite les cris et les frémissements de son armée, qu'il dressé des machines contre les portes de la ville, qu'il fasse de grandes levées de terre et qu'il bâtisse des forts.

25. Cette consultation des oracles paraîtra un jeu, et ils s'imagineront que ce prince imite dans son oisiveté le repos des jours du sabbat. Mais le souvenir de l'iniquité le déterminera à venir la prendre.

24. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez rendu si publique la mémoire de vos iniquités, que vous avez dé couvert vos perduries, et que vous péchiez et vos pensées criminelles ont paru devant tout le monde ; parce que, dis-je, vous avez signalé la mémoire de vos crimes, vous serez pris par vos ennemis.

25. Mais vous, profane, vous, prince impie d'Israël dont le jour est venu, jour que Dieu avait marqué pour la punition de vos injustices ;

26. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Ôtez-lui la tiare, ôtez-lui la couronne ; n'est-ce pas cette couronne qui a élevé les petits et humilié les grands ?

27. J'en ferai voir l'injustice, l'injustice, l'extrême injustice ; mais j'attendrai jusqu'à ce que soit venu ce lui à qui appartient d'en faire le jugement ; alors je la lui remettrai.

28. Et vous, fils de l'homme, prophétisez, et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu aux enfants d'Ammon pour les couvrir d'opprobre. Vous direz donc : Épée, épée, sors du fourreau pour verser le sang ; sois tranchante et claire pour tuer et pour briller.

29. Pendant que les enfants d'Ammon n'ont que de fausses visions et que leurs devins ne leur disent que des mensonges, sors, épée, pour tomber sur la tête des impies et les couvrir de plaies au jour qui a été marqué pour la punition de leurs injustices.

30. Après cela, ô épée, rentre dans ton fourreau, au lieu où tu as été créée ; et je te jugerai dans la terre de ta naissance.

51. Et effundam super te indignationem meam : in igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, et fabricantium interitum.

52. Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terre, oblivioni traderis ; quia ego Dominus locutus sum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PONE FACIEM TUAM AD JERUSALEM, ET STILLA. Quid sit ponere faciem, et quid stillare, explicavimus capite præcedenti, vers. 46, quod autem dicit ad SANCTUARIA, propterea plurali numero utitur, quia, ut sæpè adnotavimus, tres erant templi partes, quarum unaqueque templum appellabatur, adytum sive sanctum sanctorum ; templum ; porticus Salomonis, ubi Christus docere solebat, ut colligitur ex Joan. cap. 10, vers. 25, et postea Apostoli, Actor. 5, 11, et 5, 12, et tamen in templo docere dicebantur. Vide quæ supra adnotavimus, cap. 7, vers. 24, et Jerem. 51, 51, ex Rabbi David, et infra cap. 22, 8, 26.

VERS. 5. — ECCE EGO AD TE VENIO, aut aliquid hujusmodi intelligendum, ut supra cap. 5, 8, et cap. 13, 8, 20. Chaldaeus intelligit : Ecce ego mitto furorem meum contra te. EPHIAM GLADIUM, educam, distringam, gladium meum. Gladium suum vocat Deus Nabuchodonosorem, ut explicatur paulo infra vers. 19, et 50, quia minister erat ira Dei, sicut apud Isa., cap. 40, 5, vocat regem Assyriorum virgam furoris sui ; vaginam autem appellat ejus patriam, ut constat ex vers. 50, quasi dicit, educam regem Chaldaeorum ex patria sua contra te. JUSTUM ET IMPIUM. Quia iniquum esse videbatur, ut Deus justos propter iniquos interimeret. Sept. verterunt : *Delebo ex te injustum et iniquum*. Chaldaeus autem, migrare faciam ex te justos tuos, ut perdam peccatores tuos. Sed verba Hebraica hanc interpretationem pati non possunt. Et perspicuum est, ut Hieronymus observavit, idem hoc loco per justum et impium, quod supra cap. præcedenti, vers. 47, per lignum viride et siccum significari. Nec est dubium quin aliquando Deus justos cum injustis fisdem pœnis involvat. Mors enim illis non pœna, sed gloria est. Id constat ex Psal. 78, vers. 2, 5 : *Posuerunt morticina servorum tuorum escas rotatiibus cœli : carnes sanctorum tuorum bestis terra. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem ; et non erat, qui sepeliret.*

VERS. 4. — PRO EO QUOD OCCIDI. Septuag. et Chaldaeus eodem modo hunc versum explicant quo præcedentem. Nostri vero auctores et Hebræi sic interpretantur, quia, cum occiderem justum et impium in Jerusalem, Ammonite aliquæ vicinæ gentes vestra calamitate lætabantur ; idcirco egredietur iterum gladius meus de vaginâ sua ad omnem carnem, contra omnes populos, qui sunt ab austro usque ad aquilonem, id est, ab Jerusalem usque ad Chaldaeam, ut R. David interpretatur. At non videtur nunc de Ammonitis et Chaldaeis agere, de quibus postea dicit vers. 28 et 30, sed de solis Judæis. Quapropter sic ego interpretor : *Pro eo quod occidi, id est, occidere decrevi ju-*

51. Je réparerai mon indignation sur toi ; j'allumerai contre toi le feu de ma fureur, et je t'abandonnerai entre les mains des hommes insensés qui ont conspié ta mort.

52. Tu seras la pâture du feu ; la terre nagera dans ton sang, et ton nom tombera dans un éternel oubli ; car c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

stum et impium, idcirco egredietur gladius meus de vaginâ sua, sicut capite superiore, v. 47, cum de solis Judæis ageret, dixit fore ut combureretur omne lignum et viride et siccum ab austro usque ad aquilonem.

VERS. 5. — IRREVOCABLEM. Quem nemo revocare aut impetire poterit. Hebr., et non revertetur ultra. Quod R. David, non reductur in vaginam donec percesserit omnes gentes, quæ sunt ab austro usque ad aquilonem ; sicut de verbo suo dicit Isaï. 45, 25 : *Egredietur de ore meo justitie verbum, et non revertetur, et cap. 55, 11 : Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo ; non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, et prosperabitur in eis, ad quæ misi illud, et Jerem. 50, 9 : Ecce ego suscitabo, et adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terrâ aquilonis : Sagitta ejus quasi viri fortis interfectoris non revertetur vacua.*

VERS. 6. — IN CONFITITIONE LUMBORUM, ita ut lumi tibi ob suspiria et gemitus cœteri disrumptique videantur. IN AMARITUDINE. Amarè, Hebraismus. Nomen pro adverbio, jubet Deus prophetam non solum verbis, sed etiam gestibus et actione vanciarum.

VERS. 7. — PRO AUDITO. Propter auditum, id est, propter id quod ex Deo audivi citò contra hanc urbem venturum esse. QUIA VENIT, auditus ; quia malum, quod audivi impendero, jam video. ET TABESCET, liquescet, id est, metu solvetur, omnia quæ sequuntur descriptio ingentis timoris sunt. ET DISSOLVENTUR UNIVERSE MANUS. Sæpè hanc phrasim explicavimus, vide sup., c. 7, 17, et Isa., 13, 7, et 53, 3. ET PER CUNCTA GENUA FLEUNT AQUÆ. Hebr., ad verbum, *cuncta genua ibunt aquis, aut per cuncta genua ibunt aquæ*. Quod Jonathas interpretatur : *Omnia genua fluent sicut aquæ, id est, dissolventur*. R. David, tremunt sicut aquæ, vento scilicet agitate, præ timore. Ego *inconsiderato* esse puto, remque turpem honesto verbo significari. Solent enim qui nimio metu correpti sunt, urinam solvere. Nam et Hispanis simile proverbium est : *Metu mingere*. Similem phrasim explicavimus supra, cap. 7, 17.

VERS. 9. — GLADIUS, GLADIUS. Geminatio sententiam confirmat. Quod ait R. Salom. propterea prophetam vocem *gladius, gladius* ingenitasse, ut duplicem gladium, alterum contra Babylonios, alterum contra Ammonitis venturum significaret, futile est ; non enim de Babylonis et Ammonitis, sed de Judæis hic agitur. Melius R. David hanc repetitionem dolorem indicare ait ; solent enim dolentes verba ingeninare, ut Jerem., cap. 4, 19 : *Ventrem meum, ventrem meum doleo ; et 4 Reg. 4, 16 : Caput meum, caput meum doleo*. EXACTUS EST ET LIMATUS. Periphraisis instantis belli

est; solent enim milites imminente bello gladios acutere ac polire.

VERS. 10. — UT CEDAT VICTIMAS. Ad verbum, *ad victimandum victimam*. Adnotavit R. David verbum nomini verbali junctum incrementum significare, ut irasci irā, morte mori. Perinde ergo est ac si dicitur, ad magnam cedam faciendam exacutus est. Quam eandem vim habet ipsum per se nomen victimae, solum enim Deus magnam hominum stragem nomine victimae declarare, ut indicet homines more pecudum trucidandos, ut Isai. 54, 6: *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, victima enim Domini in Bosra, et intersectio magna in terrā Edom;* et Jerem. 46, 10: *Dies autem ille Domini Dei exercituum dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis; devorabit gladius et saturabitur et inebriabitur sanguine equorum. Victima enim Domini Dei exarbitrum in terrā aequilonis juxta flumen Euphratem.* Eadem phrasim est infra, c. 59, 47, 49: *Ut splendat limatus est; politus est, ut splendore suo hostes terreat.* **QUI MOVES SCYPTUM FILII MEI.** Apostrophe est ad ipsum gladium, ut ait Hieronymus: Tu, o gladius, Nabuchodonosoris es, qui auferis sceptrum filii mei, id est, qui perdis regnum Juda, et Israel, quique succidis omne lignum, id est, omnes homines in toto regno Juda trucidas. Hic sensus consequens est et facilis. Sed Hebraei obscurum ac difficile hunc locum reddunt; legunt enim eum R. David: *Quomodo gaudēbimus (de hoc gladio) cum non contra alias gentes, sed contra regnum filii mei, id est, populi mei, exacutus atque politus sit? et ut contemnat omne lignum ejus?* Putantque ideo prophetam populum filium suum appellare, quod doctoris personam gerat; discipulos enim quasi filios esse doctoris. Chaldaeus vero paraphrasis sic, ut occidat occisionem evaginatus est, ut faciat ultionem exacutus est; pro eo quod letate sunt tribus Juda, et Benjamin ob tribus Israel, quando migraverunt; quia servierant idolis et conversae sunt ipse, ut errarent post simulacra lignea. Alii etiam aliter, sed pejus. Nulla mihi Hebraeorum interpretatio placet, nec quisquam mihi videtur praeter nostrum interpretem Hieronymum verum sensum reddidisse. Omnes enim Hebraei, et qui eos nimio studio sectantur, ponunt prophetam esse qui loquitur, propterea dicere: *Quomodo gaudēbimus quod omnino falsum est.* Deus enim est qui dixit, aut propheta in persona Dei versus sequenti: *Dedit eum ad levigandum;* aut, ut Hebraei legunt, dedit eum (hostis) ad levigandum. Deus autem aut propheta ejus nomine nunquam dixisset: *Quomodo gaudēbimus?* Deinde quod populum filium suum appellat quis non videt magis Deo quam propheta convenire; nam quod dicunt prophetam tanquam doctorem populum filium suum appellare, commento simile videtur. Et si propheta loqueretur, tamen quorsum hoc diceret? Nemo enim eum interrogaverat, cur ingemisceret. Valde igitur suspicor Hieronymum non legisse **וַיִּשְׁכַּח**, sed **וַיִּשְׁכַּח**, auferet, vel **וַיִּשְׁכַּח**, auferens, et **וַיִּשְׁכַּח**, pro, et, ut multis aliis locis ponitur. Certē nec illum, nec alios legisse **וַיִּשְׁכַּח**, magnum argumentum est, quod cum in

commentariis varias aliorum editiones recitat nec Septuag., nec quisquam alius reddiderit: *Gaudēbimus.*

VERS. 11. — ET DEDI. Ego Deus, ut Hieronymus vertit, et in commentariis exponit, Hebr., *et dedit eum*, ut etiam Sept. transtulerunt. Hebraei interpretantur, tradidit eum Deus, potest etiam intelligi hostis. Ad levigandum, Hebr., *ad limandum, aut, politum*, ut facilius manu militis teneri possit; idem verbum quod vers. 9 et 10. **IN MANU INTERFICIENTIS.** *Ut sit in manu interficientis*, legendum est; sic enim vertit, atque interpretatur Hieronymus. Hebr., *ut detur in manum interfectoris.*

VERS. 12. — QUIA HIC, GLADIUS, FACTUS EST, FIET; PRÆTERITUM PRO FUTURO, GRASSABITUR IN POPULO MEO. IN CONCTIS DECIBUS, QUI FUGERANT. In Sedecia et principibus Jerusalem, qui cum eo fugientes capti sunt, et occisi, Jerem. 52, 10. Sic vertit Hieronymus. Alii interpretantur de iis qui fugerant in Ægyptum, Jeremia 45. Septuaginta: *Qui apud me, aut vicini mei; interpretantur autem: Factus est in hospitibus meis, et sacerdotibus, qui habitabant in templo meo; quo sensu videtur vertisse, Hebraei exponunt: Terrores erant populo meo; id est, gladius quem timebat, venit illi.* R. David interpretatur, sicut dixit cap. 11, 8: *Gladium metuisit, et gladium inducam super vos, ait Dominus Deus. PLAUDE SUPER FEMUR.* Percute manū feram tum more hominis admirantis, Jerem. 51, 19: *Postquam convertisti me, ego penitentiam, et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum.*

VERS. 13. — QUIA PROBATUS EST. Nostrae versionis sensus facillimus est, quia probatus mihi et gratus est hic gladius; quia ita regnum Juda et Israel succidit, ut amplius non extet. Sedecias enim ultimus erit rex; sic Hieron. exponit, sed Hebraei impudicissimus locus est: *Quia probato (sub. est, aut erit) et quid si etiam sceptrum reproberit, non erit, ad verbum; quo verba R. David sic exponit: Quoniam probato est, ideo gladius politus est et acutus; politus, ut splendore homines terreat, metuque ad penitentiam adducatur; acutus verò, ut eos, qui respicere noluerint, occidat. Et quid si etiam sceptrum (filii mei, ut vers. 10) reproberit, id est, praetermiserit, illique pepererit? ita ut non excindat illud. Hoc si fecerit, non erit probato, frustra quoque politus, acutusque fuerit.* In hac interpretatione, et in multis aliis recentiorum auctorum, quas idecirco non refero, quia peiores, illud mihi violentum videtur, quod verbum **וַיִּשְׁכַּח** reproberit, aut, rejecit, idem putetur valere, quod pepererit. Ita que melius fortasse, salvaque verborum proprietate sic interpretabimur. Et quid (mirum est) si etiam sceptrum sic excideret, ut amplius non sit, id est, cum sit probato, quid mirum si gladius non solum alia ligna, hoc est, inferiores cives; sed ipsum etiam sceptrum regum ceciderit, ut dixit vers. 10. Versionem Septuag. et Chaldaei paraphrasis non opus esse arbitror recitare, videat qui volet. Hæc enim interpretatio proximè mihi ad veritatem, verborumque proprietatem accedere videtur.

VERS. 14. — PERCUTE MANUM AD MANUM, MORE DO-

lentis, atque admirantis. **DUPLETUR GLADIUS AC TRIPLETUR.** Hebr., *duplicetur gladius tertio*, id est, semel atque iterum. Putat Hieron. triplicem gladium, triplicem Nabuchodonosoris adventum significare; primum, cum Joacim sibi vestigalem fecit, 4 Regum cap. 24, 1. Secundum, cum Jehoniam captivum duxit; ibidem, vers. 15. Tertium, cum Sedeciam oculis orbatum transtulit Babylonem, 4 Reg. 25, 7, et Jerem. 52, 11. Nonnulli Hebraei, tertio, pro, septè, poni existimant. *Hic est gladius occisionis magne; hic, scilicet tertius.* Nam cum tertio venit Nabuchodonosor tempore Sedecie, magnam fecit stragem, 4 Reg. 28, et Jerem. 52. *Gladius interfectorum*, ipse est gladius interfecti magni, ad verbum. Adnotavit autem R. David singularem numerum poni pro plurali: *Gladius interfecti magni, pro, Gladius interfectorum magnorum*, id est, quo magnates et principes interfecti sunt, Jerem. 52, 10. **QUI OBSTUPESCERE EOS FACIT, FACIET, PRÆSENS, PRO FUTURO.** Penetrans illis, ut ita loquar. Nam *cadat penetrare significat*, id est, gladius, qui eos in ipsis adium smarum penetrabilibus occidet, ut R. David interpretatur. R. Salomon de Johanan filio Caree, et de iis, qui cum eo in Ægyptum fugerunt, hoc intelligit, Jerem. 45, 7, quasi dicat, quòcumque eatis, gladius vos persequetur etiam usque ad infima penetrabilia, sicut Jerem. dixit, cap. 42, 46: *Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terrā Ægypti.* Alii, gladius, qui hactenus delituit, id est, qui illis incognitus fuit. Hieronymus, Septuaginta et Chaldaeus eodem omnes sensu verterunt, qui obstupescere, aut contremiscere faciet eos, nisi quod Septuaginta per secundam personam reddiderunt, quasi propheta hoc nuntio Judæos obstupescaturus esset. Et corde **TABESCERE.** Hoc Hebraei sequentis versus initium est *ut corde liquefiant*, ut vers. 7, quamvis alio hic utatur verbo. **MULTIPLICAT, GLADIUS;** Hebr., *ad multiplicandas ruinas*, id est, ut ubique mortui cadant. Simile est illud: *Judicabit in nationibus, implebit ruinas.* Psal. 109, 6, et infra, cap. 43, vers. 7.

VERS. 15. — CONTURBATIONEM GLADII; ubique gladii timor erit etiam in ipso limine domorum; Hebr., *aciem gladii.* Putat autem R. David *abecath*, poni pro *beth*, cum mutato in *chath*, et *aleph*, præposito, quod terrorem significat. Alii, ut ipse et Rabbi Salomon. referunt, existimant poni pro *tabecath*, *occisione*, *seth*, in *aleph*, commutato, quo sensu Jonathas vertit. Et **LI-MATI AD FULGENDUM;** Hebr., *hec facti* (id est, positi) *ad fulgendum.* **AMICTI AD CEDEM.** Qui gladius adeo ad eadem paratus est, ut non solum politus sit atque exacutus, sed etiam haltheo accinctus militi. Optimè noster Hieronymus sensum expressit. Nam *moratah*, ut Hebraei interpretantur, involutum significat. Involutus autem est corrigiis gladius, cum eo miles accingitur. Alii exponunt capulo insertum: quod minus mihi placet.

VERS. 16. — EXACUERE. Dat Deus optionem gladio Nabuchodonosoris ut eam quòcumque voluerit, sive ad dextram, id est, ad Jerusalem, sive ad sinistram, id est, ad babbath filiorum Ammon, ut explicatur

vers. 20 et 22. Sensusque nostrae versionis clarissimus est, Hebraicorum autem verborum obscurissimus; ad verbum: *Unii te, dextra te* (si hoc Latine dici possit), *pone te, sinistra te, quòcumque facies tua parata est;* quod Hebraei sic interpretantur, quasi propheta animo conspexerit gladium hinc illic discursantem, eumque alloquatur ut uniat se, id est, colligat, unoque in loco consistat, sive ad dexteram, sive ad sinistram, quòcumque facies ejus spectet. Mihi proorsus contrarius videtur esse sensus, quemadmodum expressit noster interpres. Non enim propheta, sed Deus gladium alloquitur, ut constat ex versus sequenti. *Quin et ego plaudam manu ad manum, et implebo indignationem meam.* Nec alloquitur rogans ut uno tantum loco consistat; sed potestatem illi concedens, in quacumque velit partem inclinandi, ut apparet ex versu 19, 20, 21, 22. Quod ergo dicit, *unui te*, perinde est ac si dicat: Collige te, o exercitus regis Babylonis: nam per gladium totum exercitum intelligit. Et quod dicit, *pone*, non est sensus, *pone faciem tuam versus aquilonem*, ut Hebraei interpretantur. Nam aquilon erat Babylon, non autem minatur hic Babylonem, sed Jerusalem. Sic ergo interpretor: *Pone (faciem tuam) ad dexteram, aut ad sinistram, id est, ito quòcumque voles.*

VERS. 17. — QUIN ET EGO. Sicut tu. Hoc etiam loco plerosque R. Davidis interpretationem sequi video, ut Deus plaudam manum in signum tristitiae, sicut propheta fecerat, qui sensus contrarius mihi videtur esse menti prophetae. Non enim loquitur Deus, quasi dolens, sed quasi gaudens de futura calamitate Judæorum, quam ipse erat inducturus. Plaudere ergo Deum manibus non est eum dolere, sed hostes cohortari, ut rectè Hieronymus interpretatur; sicut infra, cap. 25, 6: *Pro eo quod glausisti manu, et percussisti pede, et gavisus es ex toto affectu super terram Israel;* et 4 Regum 11, 12: *Et plaudentes manibus dixerunt: Vivat rex;* et Psal. 46, 2: *Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis.* Atque in hanc sententiam vertit Chaldaeus: *Adducam ultionem super ultionem; eodemque modo R. Salomon interpretatur.* Itaque sensus est: *Ego quoque plaudam manibus sicut tu, sed alio sensu, nempe ut impleam indignationem meam.*

VERS. 19. — PONE TIBI DUAS VIAS. Jubet Deus prophetam personam regis Babylonis agere, et futurum ejus consilium, adventumque non jam verbis prædicere, sed reipsa representare; sicut cap. 4, vers. 1, jussit eum in latere Jerosolymitanam urbem describere; et vers. 3, sartagine ejus obsidionem ante oculos ponere. *Ut veniat gladius*, quibus venire potest exercitus regis Babylonis. **DE TERRA UNA EGREDIENTUR AMRÆ.** Sic legendum, quanquam Hieronymus, amlo legere videtur, et Septuag. dixerunt, *duo imperia egredientur ex eadem terrā.* Sed sensus est facilis; Jubet enim Deus prophetam urbem Babylonem describere, duasque vias ex eà progredientes; alteram que ad dexteram, id est, ad Jerusalem, alteram que ad sinistram, id est, ad Rabbath Ammonitarum me-

tropolim ducat. MANU CAPIET CONJECTURAM. Rex Babylonis, cum ad hieronymum venerit, ut deliberet quo ire debeat. Ita Hieronymus. Putavit enim ibi, manum ritum illum ex manu divinandi significari, quo vagabundi hodie Egyptii uti solent. Hebraicum R. David interpretatur: *Elige locum*, sub., in quem ire debeas, *dim adhic in capite vix*, id est, in bivio, quod est iuxta civitatem, *manes*. Possimus retentâ usitatâ nominis significatione, interpretari: *Elige tibi manum*, id est, constite ad quam partem ire debeas, ad dexteram, an ad sinistram.

VERS. 20. — VIAM PONES, id est, alteram viam describes, quâ exercitus Babylonicus ad Rabbath venire possit; alteram quâ ad Jerusalem.

VERS. 21. — STETIT, stabit. Declarat quid significet, quæ dixit versu precedente. COMMISSENS SAGITTAS. Genus sortitionis significat, quo etiam nunc multe gentes utuntur: conjectis enim sagittis in pharetram, scriptis eorum rerum que eligende sunt nominibus, puer aliquis unam extrahit, eaque res eligitur, cuius nomen habet inscriptum. Hebraei aliter interpretantur. Alii: Terget sagittas, ut in cuspidè politâ atque relucente divinator videat; sicut in ungue divinare quidam solent. Ita R. David, et Salom. Alii: Projicit sagittas in aera, ut in quam partem sagitta occiderit, in eam eat. Ita R. Joseph, et Chaldaeus paraphrasas. Multo melius Hieronymus.

VERS. 22. — AD DEXTERAM EIUS FACTA EST DIVINATIO, id est, super Jerusalem cecidit sors. UT PONAT ARJETES. Instrumenta bellica, quibus olim urbes expugnabantur. Hebraicum Jonathas, Chaldaeus, R. Salom. et R. David exponunt, ut ponat duces. Quod mihi nullo modo placet. Non enim de ducibus; sed de bellicis instrumentis agitur. Melius ergo noster Hieronymus, et inter Hebraeos R. Joseph Kimchi vertunt arietes, cum id propriè nomen significet, ut supra cap. 4, vers. 2. UT ASPERAT OS IN CÆDE, ut magno clamore suos milites ad eadem exhortetur, ut canat celestia super hostes, ut dixit Jeremias cap. 23, 50, et cap. 51, 14. UT PONAT ARJETES. Prius dixit tantum, ut ponat arietes; nunc dicit, ut ponat arietes contra portas, itaque, quâ idem nomen repetit, idcirco non opus est, uno aut altero loco duces significare.

VERS. 23. — ERITQUE QUASI CONSULENS FRUSTRA ORACULUM. Videbitur Nabuchodonosor Judæis operam perdere, frustra que idola sua consuluisse, ignorantes non idola; sed Deum sortes ita moderatum, ut Nabuchodonosor Jerusalemitanam expugnationem eligeret. ET SABBATORUM OTIUM IMITANS, id est, videbitur illis nihil agere, quemadmodum qui sabbatum observant, ut dicit Hieronymus versionis nostre: auctor in Comment. interpretatur. Hebr., *Hebdomades hebdomadam*, id est, cum septies septies, nempe quadragies novies sors ceciderit, ut veniret ad expugnandam Jerusalem, ut Chald. paraphr. et R. Salom. interpretantur. Eodem sensu videntur Septuag. vertisse: *Computans eis septies hebdomadas*. Alii, ut R. David, propter juramenta juramentorum ipsis, id est, quia confidebant in pseudopropheta, qui multis juramentis illis confirmave-

rant, fore ut nunquam urbs caperetur. Alii melius, propter juramenta juramentorum, id est, confidentes federe, quod erat inter Judæos et Chaldaeos multis juramentis confirmato, non sibi persuadebant fore ut contra Jerusalem veniret. Ille vero contra memor iniquitatis, id est, juramenti à Sedecia violati, veniret ad capiendam urbem.

VERS. 24. — PRO EO QUOD RECORDATI ESTIS. Hebr., *quia recordari fecistis* (me et Nabuchodonosorem) *iniquitatis vestras*, sicut statim dicit: *Revelastis pravariationes vestras*.

VERS. 25. — TU AUTEM, PROFANE. Hebr., *morite digne*, ut Chaldaeus et Hebraei interpretantur. Sic vocat regem Sedeciam. CUIUS VENIT DIES PUNITIONIS. IN TEMPORE INIQUITATIS, Hebr., *in tempore iniquitatis finis*, id est, quo iniquitas tua per supplicium finienda erat; aut, ut Rabbi David exponit: Cuius venit tempus, quo tempore iniquitas tua finem tibi regni afferet.

VERS. 26. — AUFER CIDARUM. Hebr., *auferre cidarum* Infinitivus pro imperativo, quem alii per futurum indicativi reddunt, auferam cidarum; sicut alterum infinitivum qui sequitur, *tolle*, aut tollam coronam. Porro per cidarum aliqui sacerdotalem dignitatem, per coronam regnum intelligunt; in quibus est Jonathas Chaldaeus. Erat enim cidaris sacerdotis vitta, quâ caput redimebatur, Exod. 28, 4, et Levit. 8, 9, et 16, 4. Alii autem ad eundem Sedeciam utrumque referunt: putant enim Sedeciam sacerdotalem sibi dignitatem usurpasse, quod sine historia dici arbitror. Chaldaeus refert ad Sariaim sacerdotem magnum. Alii ad Josedech sacerdotem, qui unâ cum Sedecia Babylone ductus dicitur; quod ipsum non constat; præterquam quod hoc loco de regno agitur, non de sacerdotio. Quapropter cidarum diademata significare arbitror, et esse idem atque coronam. Est enim repetitio. NONNE HÆC EST. Hæc cidaris et hæc corona, quæ nihil fecit justè, ut Hieron. interpretatur; sed *humilem*, id est, qui humiliari debebat, *sublevavit et sublimem*, id est, quem sublimari oportebat, *humiliavit*. Alii nimis violentè ad manum Nabuchodonosoris referunt, quâ superiori versu dixerant capiendum esse Sedeciam, quasi dicat: Hæc manus est quæ humilis erigit, ut Godoliam Jerem. 40, 5. Melius si lectionem nostram sequamur, hæc corona humilem sublimavit Jechoniam, qui cum victus esset, eductus est à carcere ab Evilmerodach, ut regnaret, 4 Reg. 25, 27, et Jerem. 52, 51, aut te, 6 Sedecia, cum humilis esses, ad regnum evexit, 4 Reg. 24, 17, et eundem te, cum in sublimi gradu esses, de regno dejecit, id est, occasio fuit, ut caderes. Hebr., *ita non ista*; quod R. David sic interpretatur: *Ista corona non erit ista, id est, istud regnum, quod nunc Sedecias tenet, non diu stabit, sed concidet*. Deinde sequitur, aut verbum; *Humilem evehere et excelsum dejicere*. Infinitivus pro primâ personâ futuri indicativi, humilem eveham, et sublimem dejiciam. Quod R. David de Jechoniâ et Sedecia, Chaldaeus vero paraphr. et R. Salom. de Sedecia et Godoliâ dictum putant.

VERS. 27. — INIQUITATEM, INIQUITATEM Iniquitas

hoc loco afflictionem potnamque iniquitatis significat, ut multis aliis locis observavimus. Itaque sensus mihi videtur esse, paulatim hactenus coronam istam affixi tempore Joacim, Jechoniz et Sedeciz; sed non est penitus auferenda, donec veniat Nabuchodonosor, cui ego judicium tradidi, id est, quem judicii et ultionis mee administrum feci. Ille enim judicium cum Sedecia faciet, ejusque filios in conspectu ipsis occidet, eumque oculis orlavit, 4 Reg. 25, 7, et Jerem. 52, 10; propterea putat R. David ter iniquitatis nomen repetivisse, ut tres generationes significaret. Alii, Hebraicum, *etiam hæc non erit*, etc., interpretantur: Hæc etiam corona non erit amplius, donec veniat Christus, cui ego omne judicium dedi, Joan. 5, 22, quia qui post Sedeciam, ut ait Hieron., usque ad Christum reges fuerunt, non jure, sed vi, ut Hircanus, regnum obtinuerunt. Alii, curvam curvam aut obliquam obliquam ponam illam, id est, efficiam, ut aullius capiti convenire possit, donec Christus veniat, cui reposita est.

VERS. 28. — AD FILIOS AMMON. Hic incipit propheta adversus Ammonitas vaticinari, quia Judæos sanguine sibi junctos, et locos vicinos, cum à Chaldaeis vexarentur, irriserant. Nam tribus Gad Ammonitis cognata erat; ex Loth enim utriusque genus dicebant; et Ammonite, cum decem tribus in captivitate ducerentur, in earum possessiones irruerunt, Jerem. 49, 1: *ER AD OPPROBRIUM EORUM*. Hebr., de opprobrio, aut super opprobrio eorum, quo scilicet Judæos affecerunt, ut Jonathas, et R. David exponunt. Dicunt Hebraei Ammonitas gavisos esse, Judæosque probro habuisse, cum Nabuchodonosor sortibus deliberasset, utrum adversus Jerusalem, an adversus Rabbath Ammonitarum profecturus esset, cum viderent sortem contra Jerusalem cecidisse, ut supra indicavi, vers. 20 et 21. EVAGINA TE. Hebr., *gladius gladius apertus est*, jam paratus, atque districtus ad occidendos Ammonitas; et politus, ut interficiat, et fulgeat ad consumendum, et ad fulgendum. Alii, ad sufficiendum, id est, ut unus multis occidendis sufficiat.

CAPUT XXII

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
2. Et tu, fili hominis, nonne judicas, nonne judicas civitatem sanguinum?
3. Et ostendes ei omnes abominaciones suas, et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Civitas effundens sanguinem in medio sui, ut veniat tempus ejus; et quæ fecit idola contra semetipsam ut pollueretur.
4. In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti; et in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es: et appropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedit te opprobrium gentibus, et irisionem universis terris.
5. Quæ juxta sunt, et quæ procul à te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interit.
6. Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem.

VERS. 29. — CUM TIBI VIDERENTUR VANA. Interim idola, ac divini tui consulti respondebant, gladium ad te non venturum, gladius contra te paraturus: sicut ante dum Judæi pseudoprophetaurum confisi mendaciis non credebant contra se venturum fuisse, contra eos limatus est. UT BARETIS SUPER COLLA. Ut traderent te (pseudoprophetae tui et divinatores) gladio. Cum collis vulneratorum impiorum, id est, sicut Judæorum impiorum cervicibus gladio tradite sunt, cum venit eorum dies, quo scilicet punirentur. IN TEMPORE INIQUITATIS PRÆFINITA. Hebr.: *in tempore iniquitatis finis*, id est, quo eorum iniquitas finem illis, et exitium allatura erat, ut vers. 25.

VERS. 30. — REVERTERE AD VAGINAM TUAM. Sic etiam Sept. transtulerunt; sensusque est, ut Hieronymus interpretatur. Revertere, 6 rex Babylonis, in terram tuam victor, factâ Judæorum cede; ibi enim puniam te: ut incipiat propheta contra Chaldaeos vaticinari. Sic etiam Theodoretus. Hebraei continuationum ceptæ adversus Ammonitas propheticæ esse putant. Legunt autem per interrogationem: *An in vaginam reducam?* (gladium) quasi dicat, non; sed postquam Judæos ego interfecero, vos quoque interficiam, idque in terrâ, quâ nati estis, id est, non peritiam, ut captivi ducamini, quemadmodum Judæi, quæ levior poena est; sed efficiam ut omnes moriamini. IN TERRA NATIVITATIS TUE. *Habitationem tuam*, interpretatur Hebraei et Chaldaei; puta enim R. David *meurotheca* dictum esse pro *meurotheca*.

VERS. 31. — IN IGNE FURORIS MEI. In furore meo igni simili, pro, ignem furoris mei *sufflabo in te*, id est, magis ac magis incendam. IN MANUS HOMINUM INSPICIENTIUM, id est, barbarorum, ut Septuag. reddiderunt; qui nullam personarum rationem habeant. ET FABRICANTUM INTERITUM. Hebr., *machinamentum interitum*, id est, crudelium, qui nihil cogitant præter cadem et sanguinem; aut *fabricamentum interitum*, id est, qui in cædibus faciendis versati, peritque sunt.

VERS. 32. — IGNI ERIS CIBUS, SANGUIS TUUS, etc., id est, igne et gladio peribis, ita ut nulla sit amplius tui memoria.

CHAPITRE XXII.

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles:
2. Et vous, fils de l'homme, ne jugerez-vous point, ne reprendrez-vous point la ville de sang?
3. Et ne lui ferez-vous point voir toutes ses abominations? Vous direz: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: C'est là la ville qui répand le sang au milieu d'elle, afin que le temps de sa destruction arrive; et qui a dressé des idoles contre elle-même, pour se soulever en les adorant.
4. Vous vous êtes rendue criminelle par le sang que vous avez répandu; vous vous êtes souillée par les idoles que vous avez faites, et vous avez avancé vos jours et hâté le temps de votre ruine. C'est pour cela que je vous ai rendue l'opprobre des nations et l'objet des insultes de toute la terre.
5. Les peuples voisins et les peuples éloignés triomphent de vous, vous qui êtes remplie d'infinie, et qui vous êtes rendue fameuse par la grandeur de votre chute;
6. Voici que les princes d'Israël se sont appuyés chacun sur la force de son bras pour répandre au milieu de vous le sang.

7. Patrem et matrem contumelios affecerunt in te, advenam calumniati sunt in medio tui, pupillum et viduam contristaverunt apud te.

8. Sanctuaria mea sprevisti, et sabbata mea polluisti.

9. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, et super montes comederunt in te : scietis operati sunt in medio tuo.

10. Verecundiora patris discooperuerunt in te : immunditiam menstruatae humiliaverunt in te :

11. Et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem, et socer natorum suorum pollutum nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te.

12. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem : usuram et superbundantiam accepisti, et avarè proximos tuos calumniabaris : melque oblita es, ait Dominus Deus.

13. Ecce compli manus meas super avaritiam tuam, quam fecisti, et super sanguinem qui effusus est in medio tuo.

14. Numquid sustinebit cor tuum, aut praevalerunt manus tue, in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, et faciam.

15. Et dispergam te in nationes, et ventilabo te in terras, et deficiere faciam immunditiam tuam à te.

16. Et possidebo te in conspectu gentium : et scies quia ego Dominus.

17. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

18. Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scorium : omnes ista es, et stannum, et ferrum, et plumbum in medio fornacis : scoria argenti facti sunt.

19. Propterea haec dicit Dominus Deus : Eò quòd versi esis omnes in scorium, propterea ecce ego congregabo vos in medio Jerusalem,

20. Congregatione argenti, et aeris, et stanni, et ferri, et plumbi, in medio fornacis : ut succendam in ea ignem ad confundendum. Sic congregabo in furore meo, et in ira mea, et requiescam : et confabulo vos.

21. Et congregabo vos, et succendam vos in igne furoris mei, et confabimini in medio ejus.

22. Ut confabatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio ejus : et scietis quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam super vos.

23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

24. Fili hominis, dic ei : Tu es terra immunda, et non completa in die furoris.

25. Conjuratio prophetarum in medio ejus : sicut leo rugiens, rapiensque praedam, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius.

26. Sacerdotes ejus contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea : inter sanctum et profanum non habuerunt distantiam : et inter pollutum et mundum non intellexerunt : et à sabbatis meis

7. Ils ont traité, au milieu de vous, d'une manière outrageuse leur père et leur mère; ils ont accablé par leurs calomnies l'étranger au milieu de vous, et ils ont affligé chez vous la veuve et les orphelins.

8. Vous avez méprisé mon sanctuaire et vous avez violé mes sabbats.

9. Des calomnieux ont été au milieu de vous pour répandre le sang; ils ont mangé sur les montagnes au milieu de vous; ils ont commis le crime au milieu de vous.

10. Ils ont approché parmi vous la femme de leur propre père, ils n'ont point épargné chez vous la femme en son impureté ordinaire.

11. Chacun d'eux a déshonoré la femme de son prochain par une action abominable; le beau-père a corrompu par un horrible inceste sa belle-fille; le frère a fait violence à sa propre sœur, à la fille de son propre père, au milieu de vous.

12. Ils ont reçu des présents au milieu de vous, afin de répandre le sang; vous avez reçu un profit et un intérêt illégitime; vous avez calomnié vos frères, pour satisfaire votre avarice; et vous n'avez mis en oubli, dit le Seigneur Dieu.

13. C'est pourquoi j'ai frappé des mains, en me déclarant contre votre avarice, et contre le sang qui a été répandu au milieu de vous.

14. Votre cœur soutiendra-t-il ma colère, ou vos mains prévaudront-elles contre moi, dans le temps des maux que je ferai fondre sur vous? C'est moi qui suis le Seigneur, j'ai parlé, et je ferai ce que j'ai dit.

15. Je vous disperserai parmi les nations; je vous écarterai en divers pays; et je ferai cesser en vous votre impureté.

16. Je me rendrai maître de vous à la vue des nations; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

17. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

18. Fils de l'homme, la maison d'Israël s'est changée pour moi en écume; ils sont tous comme de l'airain, de l'étain, du fer et du plomb au milieu du fourneau; et ils sont devenus comme l'écume de l'argent.

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous êtes devenus tous comme de l'écume, je vous rassemblerai tous au milieu de Jérusalem,

20. Comme on jette tout ensemble l'argent, l'airain, le fer, l'étain et le plomb, au milieu du fourneau; je l'embrasera, pour vous y faire passer par le feu. C'est ainsi que je vous rassemblerai dans ma fureur et dans ma colère; je me satisfais, et je vous éprouverai par le feu.

21. Je vous rassemblerai, et je vous embraserai par les flammes de ma fureur; et vous serez éprouvés au milieu de Jérusalem.

22. Vous serez au milieu de cette ville comme est l'argent que l'on éprouve au milieu du fourneau, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai répandu mon indignation sur vous.

23. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

24. Fils de l'homme, dites à Jérusalem : Vous êtes une terre impure, qui n'a point été arrosée de pluies au jour de la fureur;

25. Les prophètes ont conjuré ensemble au milieu d'elle; ils ont dévoré les âmes, comme un lion qui rugit et qui ravit sa proie; ils ont reçu de grands biens et des récompenses; ils ont multiplié les veuves au milieu d'elle.

26. Ses prêtres ont méprisé ma loi; ils ont violé mon sanctuaire; ils n'ont point fait de discernement entre les choses saintes et les profanes; ils n'ont point voulu comprendre la différence de ce qui est pur d'avec ce qui est impur; ils ont détourné leurs

avertirunt oculos suos, et coinquabatur in medio eorum.

27. Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem, et ad perdendas animas, et avarè ad sectanda lucra.

28. Prophetae autem ejus lineabant eos absque temperamento, videntes vana, et divinantes eis mendacium, dicentes : Haec dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus.

29. Populi terrae calumniabantur calumniam, et rapiabant violentè : egenum et pauperem affligebant, et advenam opprimebant calumnia absque judicio.

30. Et quævisi de eis virum qui interponeret seipsum, et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam : et non inveni.

31. Et effudi super eos indignationem meam, in igne ira meae consumpsi eos : viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

yeux de mes sabbats; et j'étais indignement déshonoré au milieu d'eux;

27. Ses princes étaient au milieu d'elle, comme des loups toujours attentifs à ravir leur proie, à répandre le sang, à perdre les âmes, et à courir après le gain, pour satisfaire leur avarice.

28. Ses prophètes mettaient l'enduit sur la muraille, sans rien mêler qui la rendit ferme; ils avaient de vaines visions; et ils prophétisaient le mensonge, en disant : Voici ce que dit le Seigneur Dieu; quoique le Seigneur n'eût point parlé.

29. Ceux du peuple aussi s'armaient de l'injustice et de l'oppression; ils ravissaient le bien d'autrui par violence; ils affligeaient le faible et le pauvre, et ils opprimaient les étrangers par des calomnies sans aucune forme de justice.

30. Et j'ai cherché un homme parmi eux qui se présentât comme une laie, et qui s'opposât à moi pour la défense de cette terre, afin que je ne la détruisisse point; et je n'en ai point trouvé.

31. C'est pourquoi j'ai répandu mon indignation sur eux; je les ai consumés dans le feu de ma colère; et j'ai fait retomber leurs crimes sur leur tête, dit le Seigneur Dieu.

COMMENTARIUM.

quisque virili conati sunt in te homicidia patrare.

VERS. 7. — CONTRISTAVERTUNT, opprimerunt, sicut et Septuag. vertentur.

VERS. 8. — SANCTUARIA MEA, sacra mea : utitur numero plurali propter tres templi partes, sanctum sanctorum, templum, et porticum, quarum unaeque templum appellabatur, ut annotavimus supra, cap. precedenti, vers. 2. SPREVISTI, Apostrophe et mutatio personae. Hebr., sprevisti; sicut quod sequitur, POLLUISTI, polluisti.

VERS. 9. — VIRI DETRACTORES. Hebr., viri fraudis, id est, falsi testes, qui pecunia corrupti contra innocentes falsa dicunt testimonia, quibus eorum sanguis funderetur. SUPER MONTES COMEDERUNT. Idolorum sacrificia, quae in montibus et collibus offerbantur, 4 Reg. 16, 4, et 17, 40, et 2 Paral. 28, 4, et Jerem. 2, 20, vide supra, cap. 18, 6, 11, 18.

VERS. 10. — VERECUNDIORA PATRIS DISCOOPERUERUNT. Honestæ periphrasis inhonesti incestus, id est, filii cum matribus suis concubuerunt. Hoc enim est verenda patris revelare, id est, quae solus pater revelare potest; aut quae eadem verenda patris censetur, ut Levit. 18, 8 : Turpitudinem uxoris patris tui non discooperis; turpitudinem enim patris tui est. Immunditiam menstruatae. Immundam menstruo opprimerunt in te libidinis causâ, quod tanquam nefarium lege prohibitum erat, Levit. 18, vers. 19, et cap. 20, vers. 18.

VERS. 12. — MUNERA ACCEPERUNT. Muneribus corrupti iudices innocentes morte condemnarunt.

VERS. 13. — COMPLI MANUS MEAS. Admiratus sum et dolui propter avaritiam tuam. Propter pecuniam vi et malis artibus quaesitam, et propter homicidia publicè atque impudè in te patrata. Perentere manus, hoc loco non est exhortari, ut cap. precedentem, vers. 17, sed dolere, ut eodem capite vers. 14.

VERS. 14. — NUMQUID SUSTINEBAT? Num aequo animo ferre poteris, aut viribus tuis superare poteris et afflictiones, quas ego inducam in te. Manus pro viribus, dies pro rebus adversis, ut vers. 4 : Appropinquare le-

VERS. 6. — SINGULI IN BRACHIO SUO, id est, pro sua

cisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum. Ego Dominus locutus sum, id est, decrevi has penas tibi inferre; et sicut locutus sum ita faciam, ut Isai. 44, 24: Juravit Dominus exercituum dicens, si non ut pulvis, ita eris; et quo modo mente tractavi, sic eveniet. Et Isai. 46, 11: Locutus sum, et adducam illud; crui et faciam illud, et cap. 48, 15: Ego, ego locutus sum, et vocavi eum; adduxi eum, et directa est via ejus.

VERS. 15. — DEFICERE FACIAM; finem imponam immunditiae tuae, id est, purgabo, expiaboque supplicis scelera tua.

VERS. 16. — ET POSSIDEBO TE IN CONSPECTU GENTIUM. Eodem modo Sept. verterunt *averabo te in conspectu gentium*, quasi legerint *nacaleth*, in primâ personâ. Et quidem Chald. parapl. per primam etiam personam, et quamvis alio verbo, tamen eodem sensu vertit. *Sanctificabor in te*, id est, cum abstereso ab te omnem immunditiam tuam, efficiam ut omnes gentes intelligant, te esse possessionem, et hereditatem meam, sicut ante eras, quemadmodum Hieronymus exponit. Aquila, et Theodotio, ut idem Hieronymus tradit, verterunt: *Contaminabo te*, id est, ostendam te contaminatam esse, quasi legitur à verbo *hil*, aut *kala*, quemadmodum nonnulli etiam Hebraei legunt, ut auctor est R. David. Symmachus ab eodem verbo aliâ significatione sumpto. Vulnerabo te in conspectu gentium, Hebraei legunt in secundâ personâ generis feminini, *nacalethe bac pro nacaletha, hereditaberis in te*, id est, eris tibi ipsi hereditas, non eris jam hereditas mea sicut ante. Magis mihi interpretati Hieronymi placet, quia, ut ille adnotavit, diserat versus precedenti: *Deficere faciam immunditiam tuam à te*; cum quâ sententiâ melius convenit ut dicat: *Possidabo te*, quam eris tibi hereditas. Deinde quod sequitur: *In conspectu gentium*, melius cum hac interpretatione hæret.

VERS. 20. — CONGREGATIONE ARGENTI ET ERIS ET STANNI, id est, cum ante purum argentum essetis, versique sitis in scorium, factique argentum impurum mixtum æri, stannio, plumbo, ferro, faciam, quod fabri argentarii facere solent, conjeciam vos in fornacem, ut purgemini, sicut impurum argentum conijci solet, hoc est quod dicit: *Congregabo vos congregatione argenti et æris*. Simile quiddam apud Jeremiam, cap. 6, vers. 28: *Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulentè, æs et ferrum: universi corrupti sunt. Et requiescam, id est, desinam vos punire, cum omnino conflavero atque explavero vos. Hebr., et quiescere faciam (vos), id est, ponam vos in fornace, aut, derelinquam vos in fornace, id est, in gladio, fame, et peste, ut R. David interpretatur.*

VERS. 24. — DIC ER JERUSALEM, DE QUÀ DIXIT VERS. 19: *Congregabo vos in medio Jerusalem. Tu es terra immunda*; non munda, id est, nondum supplicis purgata, quæ, cum multis peccatis cooperta sis, nondum poenitentiam egisti, ut ait R. David. Idem est terra non munda, et quod dixit v. 20, argentum æri, stannio, ferro, plumbo mixtum, id est, nondum confiatum atque purgatum. Et non computa in die peroris. In quam Dominus, cum iratus est, pluviam non mittit,

aut per futurum. In quam Dominus, cum iratus fuerit, pluviam non mittet, sicut in lege comminatur Deut. 11, 16, 17: *Caveat ne fortè decipiatur cor vestrum, et recedatis à Domino, servatisque diis alienis, et adoretis eos: iratusque Dominus, claudat celum, et pluvia non descendat; et apud Isai. cap. 5, 6: Et nubibus mandabo, ne pluviam super eam imbrum; et Jerem. 3, 35: Quam ob rem prohibita sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit; et cap. 14, 4: Propter terræ vastitatem, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricole, operaverunt capita sua.*

VERS. 25. — CONJURATIO PROPHETARUM. Incipit omnium ordinum flagitia numerare, ac primo loco prophetarum, quorum tanta erant scelera, ut ad perpetranda in urbe homicidia conspirasse viderentur. Dum enim pacem, resque prosperas populo pollicebantur, in causâ erant, ut veri prophetae, qui bellum, captivitatem, mortem, urbis, templique incendiâ prædicebant, occiderentur. *ORES ET PRETIUM ACCEPERUNT*, ut ad populi voluntatem vaticinarentur. *VIBAS EJUS*, id est, fuerunt causa ut multi viri occiderentur, eorumque uxores viduæ manerent; periphrasis magnæ: *caedis in sacris literis usitata, qualem supra adnotavimus, cap. 19, vers. 7.*

VERS. 26. — CONTEMNERUNT LEGEM MEAM. Rapuerunt legem meam, furto legem meam surripuerunt, quod Hebraei sic interpretantur, cum deberent populum legem docere non fecerunt, itaque legem illi quodammodo forati sunt. *SANCTUARIA MEA*. Cui notatur numero plurali, vide supra, vers. 8, et præcedenti vers. 2: *INTER SANCTUM ET PROFANUM*. Inter res Deo oblatas, et ceteras: *INTER POLLECTUM ET MUNDEM*. Inter cibos mundos et immundos, legeque prohibitos non dijudicârunt. Et a sabbatis meis, id est, neglexerunt sabbati observationem; vel, ut R. David interpretatur, cum viderent populum sabbatum violare, et onera die sabbati portare, ut dicitur Jeremie cap. 17, vers. 27, conixerunt.

VERS. 28. — LINEABANT EOS ABSQUE TEMPERAMENTO; sine salo, id est, sine paleis, quia quod in carribus est sal, hoc in luto sunt paleæ; ut enim sal caribus, ita paleæ lutum constringunt. *Sousus ergo est: Prophetæ vanas populi opinioniones vanis vaticiniis confirmabant, sicut dixit supra, capite 15, versu 10: Eo quod deceperint populum meum, dicentes: pax, et non est pax: et ipse edificabat parietem, illi autem lineabant eum luto absque paleis.*

VERS. 29. — POPULI TERRÆ. Hebr., *populus terræ*, id est, vulgus; opponit enim homines plebeios prophetis, sacerdotibus, principibus. *CALEMBANTUR CALEMNIAM*, id est, vehementer fraudibus, et calumniis dediti erant; Hebr., *opprimebant oppressione*. Sept.: *Populum terræ opprimebant injustitiâ* (Prophetae). Et rapiabant volentes. Hebr., *rapiabant rapinam*, id est, rapinis dediti erant. Absque iudicio, injustè, contra jus.

VERS. 30. — QUI INTERPONERET SEPEM, qui sese tanquam sepem opponeret inter me et populum, non eum perderem; sicut se olim Aaron opposuit, num-

16, 48, et Moses, Exod. 52, et Jeremias, dixit enim illi Deus, cap. 7, 15: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem et orationem, et non obistas mihi*. Similis exprobatio est supra cap. 15, 5: *Non ascendistis eis adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel. Et staret oppositus; Hebr., et staret in ruptura*. Metaphora sumpta à strenuis militibus, qui cum urbs, quam defendunt, oppugnatur, in murorum CAPUT XXIII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, duæ mulieres filiae matris unius fuerunt,
3. Et fornicatae sunt in Ægypto, in adolescentiâ suâ fornicatae sunt: ibi subacta sunt ubera earum; et fractæ sunt mammae pubertatis earum.
4. Nomina autem earum, Oolla major, et Oolla soror ejus minor: et habui eas, et pepererunt filios et filias. Porro earum nomina, Samaria Oolla, et Jerusalem Oolla.
5. Fornicata est igitur super me Oolla, et insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantibus,
6. Vestitus hyacintho, principibus, et magistratibus, juvenes cupidiis, universos equites, ascensores equorum.
7. Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum universos: et in omnibus in quos insanivit, in immunditiis eorum polluta est.
8. Insuper et fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam et illi dormierunt cum eâ in adolescentiâ ejus, et illi congregerunt ubera pubertatis ejus, et effuderunt fornicationem suam super eam.
9. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.
10. Ipsi discooperuerunt ignominiam ejus, filios et filias ejus tulerunt, et ipsam occiderunt gladio: et facta sunt famose mulieres, et judicia perpetraverunt in eâ.
11. Quod cum vidisset soror ejus Oolla, plus quam illa insanivit libidine: et fornicationem suam super fornicationem sororis suæ,
12. Ad filios Assyriorum præhuit impudenter, ducibus et magistratibus ad se venientibus, indutus veste variâ, equitibus qui vectabantur equis, et adolescentibus formâ euneticis egregiâ.
13. Et vidi quod polluta esset via una ambarum.
14. Et auxit fornicationes suas: cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldeorum expressas coloribus,
15. Et accinctos balleis renes, et tiasas tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terraque Chaldeorum, in quâ orti sunt,
16. Insanivit super eos concupiscentiâ oculorum suorum, et misit nuntios ad eos in Chaldaeam.
17. Cumque venissent ad eam filii Babylonis ad enabile mammaram, polluerunt eam stupris suis, et polluta est ab eis, et saturata est anima ejus ab illis.

rupturis sese hostiis, ne ingrediantur, opponunt. Hujusmodi Deus dicit se neminem invadisse.

VERS. 31. — ET EFFUDI; Hebr., *effundam*. Similiter cetera præciterat ponitur pro futuris. De re enim futura comminatur. *Viam eorum in capiti eorum*, eorum peccata in ipsorum supplicia convertam, aut dignas de illis penas sumam, ut supra cap. 9, 10.

CHAPITRE XXIII.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit:
2. Fils de l'homme, deux femmes furent les filles d'une même mère;
3. Et elles se sont prostituées en Egypte, elles se sont prostituées dans leur jeunesse; la leur sein a été déshonoré, et leur virginité a été félicité.
4. L'aînée s'appellait Oolla, et la plus jeune Oolla; et elles ont été à moi; et elles m'ont enfanté des fils et des filles. Celle qui s'appelle Oolla est Samarie; et celle qui s'appelle Oolla est Jérusalem.
5. Oolla est donc infidèle; et elle a aimé ses amants avec fureur, les Assyriens ses voisins;
6. Vêtus d'hyacinthe, qui étaient princes, magistrats, jeunes gens d'une mine avantageuse, tous hommes de cheval, montés sur de superbes coursiers.
7. Elle s'est abandonnée dans ses désordres à ces hommes choisis, qui étaient tous enfants des Assyriens; et elle s'est souillée par ses infamies avec tous ceux dont elle était follement amoureuse.
8. Elle n'a pas même quitté alors ses débordements; car lesquels elle s'était prostituée aux Égyptiens; car ils l'avaient aussi corrompue dans sa jeunesse; ils avaient déshonoré son sein, lorsqu'elle était vierge; et ils avaient répandu sur elle leurs ardeurs.
9. C'est pourquoi je l'ai livrée entre les mains de ceux qu'elle avait aimés, entre les mains des Assyriens, dont elle avait été passionnée jusqu'à la fureur.
10. Ce sont eux qui ont mis à nu son ignominie, qui ont enlevé ses fils et ses filles, qui l'ont tuée elle-même avec l'épée, qui par les jugements qu'ils ont exercés sur elle, l'ont rendue l'exemple des femmes fautiveuses.
11. Sa sœur Oolla, après l'avoir vue punie de la sorte, a porté encore plus loin qu'elle la fureur de sa passion.
12. Elle s'est livrée sans pudeur aux enfants des Assyriens, par une fornication qui a surpassé encore celle de sa sœur; elle s'est prostituée à des officiers de guerre; à des magistrats qui venaient vers elle avec des habits de différentes couleurs, à des cavaliers qui étaient montés sur leurs chevaux, et à de jeunes hommes qui avaient tous une mine avantageuse.
13. Ainsi j'ai vu ces deux sœurs marcher dans la même voie, dans les mêmes dérèglements.
14. Mais Oolla a augmenté encore les excès de sa fornication; car ayant vu des hommes peints sur la muraille, des images des Chaldéens traces avec des couleurs,
15. Qui avaient leurs baudriers sur les reins, et sur la tête des tiaras de différentes couleurs, qui paraissaient tous des officiers de guerre, et avaient l'air des enfants de Babylone et du pays des Chaldéens, où ils ont pris naissance;
16. Elle s'est laissée emporter à la concupiscentie de ses yeux; elle a conçu pour eux une folle passion; et elle leur a envoyée ses ambassadeurs en Chaldée.
17. Et les enfants de Babylone étant venus vers elle, et s'étant approchés de la cote de son impudicité, ils l'ont souillée par leurs infamies; et elle a été corrompue par eux; et son âme s'est rassasiée d'eux.